

memoriam complexi sunt, nisi pluris eos fortasse facimus, qui suo periculo pauca, quam qui alieno multa didicissent? et sane huiusmodi studium nature potentiam exuperat, rapidissimumque temporis cursum, quod preterit ^(a), vi sistit, imo vero retro flectit, cum
 5 ea, que ante tot annos gesta sunt, in presens revocat totque seculorum egregia studia ^(b) cognitioni hominum tanquam presentia subicit. vivere michi videor etatem illam cuius historias legimus, atque eo magis vivere, quod aliarum respectu sordeat etas nostra, sive quod non nisi magne ampleque res tunc fierent ^(c), sive quod,
 10 ut verisimillimum est, ad nos per scribentium ^(d) manus emanarint. quisquis ergo temporum memoriam omnium habet, ille michi videtur omnem vixisse etatem. inde in hanc existimationem pedentim veni ut, nisi protinus melioris me vite spes habeat ^(e), in extremo olim tempore et quo serius fieri possit natum me malim,
 15 si modo plena subsint de rebus omnibus monumenta litterarum. secundum naturam enim, is est senior qui prior est natus; secundum hoc studium, qui posterior; atque ideo plura decet eum cognoscere. hec ita, si ingenio atque industria, que ab natura data sunt, diligentia nostra et labor accreverint ^(f). ceterum et ad eloquentiam,
 20 cuius negotium non utique negligis, plurimum valet cognitio historiarum, cum ad decorem tum magis ad persuadendi vim; nam etsi plurimum rationibus conficiatur, nichil est tamen quo magis atque exemplis moveri homines possint. in hec ego te studia magnopere adhortor. vale. Padue ^(g), .vii. idus iulii 1396.

La storia infatti arresta il tempo, e mette dinanzi ai nostri occhi tutto ciò che fu;

sicché al V. par di rivivere le età di cui ei legge, e tanto più in quanto erano della presente più degne, e da scrittori tramandate.

Dimodochè avrebbe voluto nascere nel futuro più remoto, purchè d'ogni cosa s'avesse compiuta notizia; poichè la storia fa l'opera dell'età, ove doti di mente aiutino la nostra diligenza.

Oltre di questo, giova all'eloquenza per gli esempi che arreca.

Ad essa adunque Lodovico si dedicò.

(a) C cursum quod preterit omnia vi (b) C egregia facta (c) Dopo fierent in C il resto della linea è lasciato in bianco, e nel margine è annotato: « Hec epistola incor-
 » recta et deficit textus ». Poi comincia una nuova linea con ut verisimillimum est

(d) BG perscribentium (e) BG nisi protinus melioris mee vite habeat C nisi protinus melioris mee vite spes habeat Combi mette nisi protinus melior me vita habeat (f) BG

acrescerit (g) C om. Padue